

CANDELÆ FUMALES.

℞. Olibani.

Mastiches ana libr. j.

Benzoës.

Styracis calamitæ ana libr. β.

Ladani unc. iv.

Corticis Cascarillæ unc. iij.

Carbonum lignorum bene exustorum libr. x.

Pulverata misceantur, & cum sufficiente  
quantitate Mucilaginis Gummi Tragacanthæ  
fiat massa, ex qua formentur l. a. candelæ.

(\*) CERATUM PRO CEREOLIS BAL-  
SAMICIS.

℞. Emplastri Diachyl. c. gum.

Mercurial. ana. unc. ij.

Ceræ flavæ

Resinæ ana. unc. iβ.

Terebinthinæ claræ unc. j.

Æthiopsis mineralis. dr. vj.

Balsami peruviani dr. iij.

M. ut fiat Ceratum pro cereis l. a. pa-  
randis.

(\*) CE-

(\*) CERATUM PRO CEREOLIS DIGESTIVIS.

- ℞. Emplastri de Cicuta simplic.  
 Unguenti basilici ana. Unc. iij.  
 Pulveris flammulæ Jovis unc. ijβ.  
 Terebinthinæ coctæ  
 Ceræ flavæ ana. ijβ.  
 Balsami de Copaiva unc. β.

Uniantur omnia igne leni in massam, quam formentur l. a. Cereoli.

(\*) IDEM CERATUM FORTIUS.

- ℞. Cerati prioris unc. vj.  
 Aluminis usti dr. iij.  
 Salis ammoniaci puri dr. ij.  
 Mercurii præcipit. rubri dr. j.  
 Resinæ Guajaci unc. β.

M. ad eundem, ut præcedens, usum.

(\*) CERATUM PRO CEREIS EXSICCANTIBUS.

- ℞. Ceræ flavæ libr. j.  
 Terebinthinæ coctæ Unc. iij.  
 Extracti Saturni debite concentrati dr. vj.

Unian-

Uniantur igne lento in Ceratum, quocum efformentur l. a. Cerei. Si huic Massæ superaddantur

Extracti Hyofcyami unc.  $\beta$ .

Olei Ovorum dr. vj.

Ceræ flavæ unc. ij.

apti etiam erunt

CEREOLI AD DOLORES LENIENDOS.

### CINNABARIS FACTITIA.

℞. Sulphuris q. p.

Funde in vase fictili; dein injiciantur

Mercurii vivi part. vij.

Agitetur continuo massa, donec bene fit unita. Frigefacta reducatur in pulverem, & sublimetur ex phiala vitrea igne sat forti, phialæ orificium charta obturando. Massa sublimata tollatur, & in subtilissimum pulverem teratur.

### CONSERVA ABROTANI.

℞. Foliorum Abrotani recentium part. j.

Conscindantur minutim, dein contundantur in mortario marmoreo pistillo ligneo in pul-

*Pharmacop.*

K

pam,

pam, admiscendo successive sub tusione continua

Sacchari albi pulverati part. ij.

Ut fiat exacta commiffione Conserva, in vase murrhino, aut vitreo, aut terreo vitreato asservanda.

*Ita parantur*

CONSERVA *Foliorum recentium* ACETOSELLÆ.

CARDUI BENE-  
DICTI.

HEDERÆ TER-  
RESTRIS.

MELISSÆ.

MENTHÆ.

ROSMARINI.

TRIFOLII FIBRI-  
NI.

VERONICÆ.

CONSERVA COCHLEARIÆ.

℞. Herbæ Cochleariæ recentis part. j.

Incisam contunde in mortario marmoreo in pulpam, cui sensim adjice

Sac-

Sacchari albi pulverati part. iij.

Ac sub continua tusione misceantur exacte, ut fiat Conserva.

*Hoc modo sunt*

CONSERVA *Herbæ recentis* CICUTÆ.

FUMARIÆ.

NASTURTII AQUA-

TICI.

*Florum recentium* PAPAVERIS RHOE-

ADOS.

### CONSERVA ROSARUM.

℞. *Florum Rosarum rubrarum recentium* libr. β.

Contundantur in mortario marmoreo in pulvem; cui successively sub continua tusione admisce frigide

Sacchari albi in unciis quatuor *Aquæ Rosarum* soluti libr. j.

Et ferva.

Hæc, vitriolata si expetitur, ex tempore reddi potest, admiscendo singulis *Conservæ* unciis *spiritus vitrioli acidi* gtt. x.

K 2

CON

## CONSERVA TUNICÆ.

℞. Florum Tunicæ rubrorum recentium unc. iv.

Irrorentur uncia una aquæ defillatæ communis frigidæ, contundantur postmodum in mortario marmoreo in pulpam tenuem, cui exacte immisceantur

Sacchari albi pulverati unc. viij.

Et ferva.

## CORNU CERVI SINE IGNE

PRÆPARATUM.

℞. Rasuræ Cornu Cervi q. v.

Tunde in pulverem subtilem, & per lin-teum trajectum pollinem ferva.

## CORNU CERVI USTUM.

*Vide sub.*

SPIRITU CORNU CERVI.

## CROCUS MARTIS APERITIVUS.

*Vide sub.*

REGULO ANTIMONII MARTIALI.

CRO-

CROCUS METALLORUM.

Vide

HEPAR ANTIMONII.

DIAGRYDIUM PRÆPARATUM.

Est Scammonium in subtilissimum pulve-  
rem redactum.

Hic pulvis, dum in usum vocatur, cum  
*Amygdala dulci*, aut *Pini nucleo* subigi solet.

ELÆOSACCHARUM AURANTIO-  
RUM & CITRI.

Fiunt atterendo *saccharum albissimum* ad *Po-  
ma integra Aurantia* vel *Citrea*, donec olei  
essentialis corticum sapore & odore bene im-  
butum sit.

Reliqua omnia *Elaosacchara* ex tempore  
confici possunt sequenti proportione: sumitur  
*sacchari pulverati albissimi* dr. j. & terendo in  
mortario marmoreo instillantur sensim duæ vel  
tres guttæ cujusdam olei essentialis v. g. *anisi*  
&c. ut fiat *Elæosaccharum*.